



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 10. Locus Demosthenis à Cicerone, singulari artificio expressus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

significatus est. Nam cum eum æquales sui, festo quodam die in littore maris collidentes, Episcopum esse asserunt: & ad eum alios quosdam puerulos nondum baptizatos perduxissent: ipseque eos, obseruans unguem omnibus Ecclesiasticis ritibus salutaris accipisset: Alexander episcopus Alexandria, qui totum illum ludum eminus spectauerat, atque etiam à principio iniquo animo tulerat: cum, vocatis ad se puerum totam diligenter cognouisset: pronuntiavit, pueros illos ritè baptizatos videri, neque amplius baptizandos esse; adiicienda tantum ad illud mysterium, quæ more atque instituto Christiano à sacerdotibus obiri oporteret. Eius autem Alexandri S. Athanasii successor fuit. Neq. absimile est, quod de S. Ambrosio Episcopo Mediolanensi S. Paulinus Nolanus Episcopus memoriæ prodidit, eum adhuc puerulum solum esse quasi per iocum manus sororibus suis osculandum dare; cum sacerdotibus eum honorem ab illis ritibus videret: nam se aliquando Episcopum fore.

Locus Demosthenis à Cicerone, singulari artificio expressus.

CAP. X.

NON quicquid more fit, iure fit: aliudque multum est, solere aliquid fieri, & aliud licere. & hæc nomen turpiter factis excusatio plerumque prætexti solet: neque ferè quisquam est, quin iniuriam sibi fieri putet, quod alij complures diu impunè fecerunt. Sed se potissimum eius vlciscendi ducatur exordium. Sed acerrimus ac pugnacissimus oratorum Demosthenes, quem perurbanè amicus quidam meus Aristotelem oratorum vocat, quidam, vt in Aristotele, ita in Demosthene nihil otiosum, nihil redundans reperiant, densa & compacta omnia & neruorum ac virium plena:

na igitur grauius labefactat ac concutit hanc ratio-
nem defendendi, eiusque fundamenta, impacto hu-
ius vehementissimi enthymematis quasi ariete quo-
si labruit: & ἄρα ἐπὶ πᾶσι τοῖς νόμοις ἐπιπέσει, ἀλλὰ πολ-
λά τοῦ ἐπιπέσει, διὰ τοῦτο ἀπορούσης ἀν' δικαίως, ἀλλὰ πολ-
λά μᾶλλον ἀδίκως. ὡς περὶ ἄλλο, οὐ ταῦτα ἐπὶ ἀν-
θρώπων, ἔως ἀν' οὐδὲν ἀλῶς, ἀλλὰ ὅτι ἔρασαν. quæ ita La-
tine reddita sunt à Fabio: Nō enim si quid vnquam con-
tra leges factum est, idq; tu es imitatus; idcirco te conuenit
pena liberari, quin e contrario damnari multo magis. Nam
si quis eorum damnatus esset, tu has non scripsisses: ita si
tu damnatus fueris, non scribet alius. Summus autem
Latinus orator, vt peritum imitatore decet, vini-
quidem ac pondus sententiæ retinuit: sed eam, toto
dicendi genere immutato, suam fecit. Ita enim scribit
tertio accusationis: Quid igitur dicet? fecisse alios?
quid est hoc? vtrum crimini defensio, an comitatus exilio
queritur? Tu in hac repub. atque in hac hominum libidine,
et, vt adhuc habuit se status iudiciorum, etiam licentia, non
ex iure, non ex æquitate, non ex lege, nō ex eo quod licuerit,
sed ex eo quod aliquis fecerit, id quod reprehenditur, recte
factum esse defendes? & paulo post: Vt ego adfentiar ora-
tionem defensionem tamen non probabo. Potius enim te dam-
nabo, ceteris angustior locus improbitatis defendendæ relin-
quetur, quàm te absoluto, alij, quod audacissime fecerunt,
recte fecisse existimentur. Talium exemplorum colla-
tione velim studiosis eloquentiæ adolescentibus ve-
ram & rectam imitandi rationem indicari; non vt à
peritisque fieri video: qui cum, vt picæ & psittaci, eas-
dem voces reddiderunt, magnos se luculentorum
scriptorum imitatores arbitrantur.

Oleum

Muretti
Lectio III
II
28